

ALBERICI  
GENTILIS  
JC. PROFESSORIS  
REGII,  
DISPUTATIONVM  
DENVPTIIS  
LIBRI SEPTEM.



Ad illustrissimum virum,  
D. THOMAM EGERTONVM,  
*custodem magni sigilli Anglia.*  
Editio secunda priori correctior.



HANOVIAE

Imprimebant Hæredes Guil. Antonii, 1614.

*del*

*de sequencia  
prohibere p. d. d.  
exp. delatio delata  
A. Luis...*



ILLVSTRISS. VIRO,  
AC DOM. D. THOMÆ  
EGERTONO, custodi magni  
sigilli Angliæ,

ALBERICVS GENTILIS S.

**A**FFERODONUM, vir illustri-  
sime, quod iamdiu cupita-  
nimus meus, & meditatus  
est tibi. Nec enim summa tum existi-  
tit primum voluntatis meæ propen-  
sio, & obseruantia erga te, quum cœ-  
pit se exercere, & in notitiam tuam an-  
te sesquiannum peruenit. Sed colui  
excellentem virtutem tuam ab annis  
multis: atq; inde veneratus sum ma-  
xime, ex quo Princeps optima, & sa-  
piētissima vocauit te ad munus istud,  
quod post alia magna administrata  
geris amplissimum Cancellari, quo-  
dammodo (vt fama certa fuit) reui-



ALBERICI GENTILIS

DISPUTATIONVM

DE NVPTIIS

liber primus,  
qui est

DE INTERPRETE.

CAPVT I.

*Ius aliud extra civile proponitur.*



DEFINITIONES earum quaestio-  
num, quae de nuptiis sunt, sumi de iu-  
re canonico solitas, & sumi etiam o-  
portere, constanti omnium voce, &  
consensione traditum, ac receptum est. Cum  
enim matrimonium visum sit sacramentum, res  
certe sacra, & quae iudicari deberet ex verbo Dei:  
non potuisse videtur civilis principum lex de i-  
pso constituere: sed, qui diuinas scripturas tra-  
ctant, pontificibus solis cura haec conuenire  
proprie videatur. & iuste sola ecclesia arbitra ma-  
trimoniorum contrahendorum, & dissoluendo-  
rum censeatur. a Quod & dixit nouissime Iaco-  
bus Cuiacius. Forte & sic dixerit alius, esse in Le-  
uitico haec de matrimoniis constituta, quasi  
pars essent administrationis Leuitarum sacerdo-

*a Cuiac. l. 7. de desp. impub.*